



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Matrimonij principium, finis, & substantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

C A P V T . X X I .

Origo, neceſtas, & libertas Matrimo-  
niorum.

**P**otquam absoluta fuit diuina illa tanti operis fabrica (qua, teste M. Tullio Cicerone, etiam Plato, *conſtruere à Deo, atque adificari mundum facit*) velut in domum optimè instructam, inquilini ſunt introducti, Adamus & Eva. Sed quia duo non ſufficiebant tanto palatio poffiendō, atque replendo, iſtitutus eſt, ſtati in Paradifo, matrimonij contractus, à Mundi Conditore hanc illis legem prefcribente: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjcite eam.* Ad cuius p̄cepti obligationem & nexus etiam Christus digitum intendit, cum dixit: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Et ex iſtinctu Dei, aspectā primū Euā ex latere ſuo adificatā, agnouit hanc legem promulgauitq; ipſe quoq; primus parens, quando in illa verba effuſus eſt: *Hoc nunc os ex oſib⁹ meis, & caro de carne mea: quapropter relinquet homo patrē & matrem, & adherebit uxoriſue.* Eſt igitur, ob hunc finem, Matrimonium contractus, quo mas & femina ſibi mutuum in ſua corpora dominium, ad uſum humanæ generationis, tradunt. Vnde & *Matrimonium* vocatur, quod *mares* faciat, aut facere aptum ſit, niſi sterilitas, aut alia cauſa obſiſtar.

Quantum, & quos, ex diuino p̄cepto hic contractus obſtringat mortales, quidam haud recte capiunt. Hinc ſingulos & vniuersos putant obligari ad matrimonia ineunda; neq; existimant, quenquam in cælum iri admissum, niſi velut hospitalem reſeram, vxorem trahat ſecum appendicem, quæ teſtetur, eum p̄cepto illi ſatisfeciffe: *Creſcite, & multiplicamini.* Quæ ſententia, ſi omni exceptione caret, excludit cælo, in infantia, aut innocentia pueritiæ, defunctos. Aut, ſi velit, adultis tantum, atque à natura maturis eam legem latam, quæram ego, quonam iuuentutis anno, homines incipient, ea lege teneri? quo ſeneclutis ſolui? Quid ſi quis, vigefimo uitæ ſuæ anno, nondum ducta vxore, decedat, an idcirco, ad Plutonis & Proſerpinæ nuptias, malè cænatum ibit, quia genus humanum.

M m

non.

I.  
Cic. lib. de  
nat. Dcor.

Ita Bonifac.  
VIII.c.de vo-  
to, & votire-  
demt. in 6.  
Gen. 1. 28.  
Matth. 19. 6.  
Conc. Trid.  
fess. 24.  
Gen. 2. 21.

II.

Gen. 1. 28.